



Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...

Gretser, Jacob

[München], 1613

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Carolum regem directæ, in qua continetur de molliu atque marmore Palatij Rauennatæ ciuitatis prædictus Papa Domni regis ditioni, vel quicquid exinde ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

*Item exemplar Epistola eiusdem Papa, ad
 Dominum Carolum Regem directa, in qua continetur de* mo- * musiva.
 lino atque marmore Palatij Rauennata ciuitatis pradi-
 ctus Papa Domni regis ditioni, vel quicquid
 exinde facere voluisset, libenti animo
 se tribuere dicit.*

LXVII.

DOMNO excellentissimo filio nostroque spi-
 rituali compatri Carolo, Regi Francorum &
 Langobardorum atq; Patricio Romanorum
 Adrianus Papa. Praefulgidos atq; nectareos regalis
 potentia vestrae per Aruinum ducem suscepimus api-
 ces, in quibus referebatur, quod Palatij Rauennatis
 ciuitatis musiva atque marmora, caeteraq; exempla
 tam in strato, quamq; in parietibus sita, vobis tribue-
 remus, nos quippe libenti animo & puro corde, cum
 nimio amore vestrae excellentiae, tribuimus effectum,
 & tam marmora, quamq; musiuum, caeteraque exem-
 pla de eodem palatio vobis concedimus auferenda,
 quia per vestra laboriosa regalia certamina, multis bo-
 nis fautoris vestri B. Petri, clauigeri regni coelorum,
 Ecclesia cotidie fruitur, quatenus merces vestra co-
 piose adscribatur in coelis.

*SUMM. 12.
 Bar. 6.
 Cens.*

Suscepimus etiam per eundem Aruinum, equum
 vtilem vnum a vobis directum, alius autem, qui cum
 ipso directus est, defectus in ipso itinere, mortuus est.
 Vnde ob vestram memoriam maximas referimus gra-
 tes. Sed secundum nostrum amorem, quem ex inti-
 mo corde erga vestrum habemus praefulgidum re-
 gnum, tales nobis famosissimos emittite equos, qui ad
 nostram sessionem facere debeant, in ossibus atq; ple-
 h
 nitu-

nitudine carnis decoratos, qui dum in omnibus aspectibus laudabiles existunt, vestrum præfulgidum triumphis laudare valeant nomen, & pro huiusmodi re, sicut soliti estis, dignam ab ipso Dei Apostolo suscipere valeatis retributionem, ut vna cum Domina Regina vestraq; nobilissima prole, in hoc mundo regnantes, in ætheriis arcibus vitam æternam adipisci mereamini. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar Epistola eiusdem Papa, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continetur de territorio Sauinense, qualiter Itherius & Maginarius Missi Domini Regis ipsum territorium in integro partibus sancti Petri reddere voluerunt, sed propter iniquos homines minimè potuerunt.

LXVIII.

*Summ. 13.
Bar. &
Cent.*

DOMNO excellentissimo filio nostroque spiritali compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atq; Patricio Romanorum Adrianus Papa. Ad referendum præcellentissimæ regalis potentia vestrae beneficiis gratias, mens humana, ut reor, fari non potest, de tantis laboriosis certaminibus, quæ erga factorem vestrum B. Petrum, Apostolorum principem, & nos geritis, * cotidie bonitas suffragia, quatenus ab ipso Dei Apostolo dignam retributionem, & hic & in futuro vestra protectissima excellentia procul dubio credat habere.

** Hac de
prauata
sunt.*

Euntes autem apud Sauinense territorium nostri vestriq; fidelissimi Missi, videlicet filius noster, Itherius, venerabilis Abbas, seu Maginarius religiosus Capellanus,